



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum lumen sit corpus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

esse nisi per accidens (scilicet per ipsam formam accidentem) ergo non est vnum nisi per accidens, & non per se sibi per essentiam & hoc sicut minor. sequitur ergo conclusio principalis, scilicet quod forma accidentalis non potest primi aduenire materie, sed necessario supponit materia formam substantialiem. Nullo igitur modo potest materia actu existere sine aliqua forma substantiali.

9 Rationes contrarie opinionis non cogunt, quod enim dicitur quod virtute diuina omne prius potest esse sine posteriori, verum est in his quorum utrumque est actus vel habens actum, esse autem per se semper includit actum, si vero vnum sit potentia & reliquum actus non est verum, quia ex hoc quod ponitur potest sine actu ponitur aliquid esse actu sine actu quod implicat contradictionem, sic autem est composita materia sine fine forma, ideo &c.

10 Quod autem secundum dicitur quod causa prima in operando non dependet a causis secundis, verum est, sed nihil prohibet unam operationem dividinam ab alia eius operatione dependere, & unum operatum ab alio. Et ideo non est necessarium quod in productione materiae, vel in conferuacione eius quod causa secundaria operetur producendo formas sub quibus materia sit, quia deus potest eas producere, sed necessarium est quod vel deus eas producat, sicut produxit formas primas sub quibus & cum quibus materia produxit, vel quod ex eius ordinatione causas secundarias eas producant, & hoc totum est propter necessariam dependentiam materie a forma actuali existentia.

11 A D Arg. principia dicendum. Ad primum quod plus dependet materia a forma secundum actualem existentiam quam accidens a subiecto, quia materia est pura potentia, accidens vero actus. Et ideo plus repugnat materia per se existere quam accidens.

12 Ad secundum dicendum quod Deus quicquid fecit medianteibus causis secundis effectibus potest facere sine eis sed non est verus de mediis causis formalibus, non enim potest facere album sine albedine, & id est intelligendum de materialibus, quia non potest facere animal sine corpore. Et causa est, quia materia & forma sunt intrinseci res, & ideo ab ipsis exclusi non possunt. Ages autem semper est intrinseci, propter quod virtute diuina potest a causalitate rei absque implicatione contradictionis excludi: forma autem se habet ad actualem existentiam materie, sicut causa formalis, & non sicut efficientis, ideo &c.

13 Et si dicatur quod forma non est causa formalis materie, sed eius forma tantum, compotiti autem est causa formalis (ut dicit Auct. 7. Met. sua) tunc argumentum de causis mediis non est ad propositum seu contra nos, vel dicendum quod forma non est causa formalis materie absoluta, est tamen causa formalis materia actu existentis que includit illud quod existit, & quo existit, & hoc est necessario compositum, cuius causa formalis est ipsa forma, sicut albedo non est causa formalis corporis, sed est forma tantum corporis albi, quod includit totum aggregatum ex corpore & albedine, cuius est causa formalis.

Sententia huius distinctionis. X. III. in generali & speciali.

Prima autem distinctionis operatio. Superioris determinavit Magister de creationis primordio in generali. Hic prosequitur de creaturis in speciali. dividitur in duas. Primo determinat de operibus pertinentibus ad rerum distinctum. Secundo de pertinentibus ad ipsarum ornamentum. Secunda incipit ibi, in principio 15. dist. dicit etiam Deus, producunt aqua reptiles. Prima in tres. Primo determinat de operatione primae dicti. Secundo de operatione secundae dicti. Tertio de operatione tertiae. Secunda incipit in principio 14. dist. dicit quoque Deus, fiat firmamentum. Tertio circa medium dist. ibi sequitur dicit Deus, congregentur aqua. Prima est principialis distinctionis, & dividitur in duas. Primo determinat de operatione primae diei quantum ad rem productam. Secundo quantiam ad productionem conditionem. Secunda ibi, primo inuestigandum est. Prima dividitur in sex. Primo determinat lucis productionem. Secundo inquit rei produce conditionem in se. Tertio conditionem eiusdem quantum ad locum. Quarto conditionem eiusdem quantum ad effectum qui est facere diem. Quinto de ordine partium ad innu-

Sancto Porciano

cem. Sexto inquit conditionem lucis quantum ad sufficienciam & durationem. Secunda ibi, si queratur qualis lux fuerit. Tertia ibi, si autem queritur ubi facta est lux. Quarta ibi, hoc norandum pro dies. Quinta ibi, & hic est naturalis ordo. Sexta ibi, solet autem queri quare factus est sol. Secunda autem pars principalis in qua inquit productionis modum vel conditionem dividitur in duas. Primo mouet unam questionem & solvit. Secundo mouet aliam & solvit, & cum hoc quandam erroneam solutionem excludit. Secunda ibi, hic queri solet quomodo, & haec est divisio litera & sententia in generali.

2 In speciali sic procedit, & proponit primo quod prima ratio distinctionis sicut lux quod carcer habet manifestare. Postea querit utrum illa lux fuerit corporalis an spiritalis. Et respondet quod utroque modo posse est, si enim spiritualis fuerit, significat formationem naturae angelicę per gratiam que prius producita fuit in formis secundaria operationem Magistri. Si vero fuerit corporalis, lucidum corpus intelligitur fuisse quod non de nihilo, sed de praecedente materia formatum fuit antequam vila dies fuerit. Postea querit ubi facta fuit illa lux. Et respondet quod ubi sol modo positus est, quia lux locum & vicem solis tenet motu suo diem faciebat, & noctem, nec ab aquis tunc impedithebatur proper iparum aquarum raritatem fuisse per immisionem olei aquae quodammodo illustratur: quod faciunt homines quando ad maris profundam merguntur. Postea dicit quod poteft diversimodo accipi. uno modo pro ipsa luce illuminante: alio modo pro ipsa illuminatione: tertio modo pro spacio. 24 horarum. Et subdit quod primus dies habuit vesper, fed non mane, quia non habuit lucem obscuram, sed a clara luce incepit. Alii autem dies habuerunt vesperam & mane quorum quilibet a suo mane incipiens usq; ad alterius mane tendebatur. Postea dicit quod naturali ordine debent dies computari a mane in mane. Sed propter mysticā quandā significationē a vespera computatur in vesperam. Postea querit si lux illa fuisse factus ad illuminationem, quare factus est sol. Et respodet quod illa lux superiores tantum partes illuminabat, & ideo oportebat ad illuminationem superiorum & inferiorum fieri sollem, vel si omnia illuminabat non tameneclare, ut modo sol, & ideo necessarius est sol qui formatus est in illa luce, & inseparabiliter habet eam sibi coniunctam. Postea querit qualiter Deus dixit, & respondet quod ab aeterno in verbo disponendo, non tamen temporaliter sive vocis loquendo. Ultimum querit quomodo pater dicit operari per filium, & in filio: dixerunt autem quidam heretici quod hoc ideo est, quia filium est instrumentum patris in operando, quod quidem errorem esse dicit Magister. Quia cū dicitur operari in aliqua persona significatur in simili operatio personali, & autoritas eiusdem personae respectu alterius. Et propter hoc non dicitur pater operari per patrem sicut pater per filium. Subdit etiam aliam rationem, quod pater dicitur operari per filium, quia cum genuit operarem. Et in hoc terminatur &c.

QUESTIONE PRIMA.

Vtrum lumen sit corpus.

Thom. I. q. 57. a. 1. o. 2.

Circa distinctionem istam queritur primo, utrum lumen sit corpus. Et videtur quod sic, quia quaecumque coniunguntur & separantur, manentia eadem numero sunt corpora, & non corporum accidentia. Quia accidentia non mutant subiectum, sed duo lumina diuersorum luminarum (puma durarū candelarū) coniunguntur & separantur, ergo &c. Minor probatur per Dion. 2. cap. de Di. no. qui dicit quod lumina inconfusa sunt in medio.

2 Et probatur per experimentum quia unum corpus opacum oppositum duobus luminaribus caufat duas umbras, quod non est nisi esset in medio duo lumina, quia umbra non est nisi priuatio luminis. Item à duabus luminalibus quorum lumina transfeatur per unum foramen flunt duo fulgores in pariere opposito quod non est nisi in foramine in quo coniunguntur subiecta manerent distincta essentialiter, ergo &c.

3 Item precipua ratio quare lumen non dicitur corpus esse, est, quia simul est cum aere, duo autem corpora non possunt esse simul. Sed probo quod non obstat, quia ferrum igitur

Lib. II. Distinctio. XIII.

nitur non solum in superficie, sed in profundo. Ex hoc si arguitur, in ferro ignito sunt ignis & ferrum, & tamē ignitum nō occupat maiorem locum quam prius, ergo simul sunt secundum locum ignis & ferrum, ergo &c.

4. IN CONTRARIUM est Philosophus secundum de anima, & Avicenna, sexto naturalium, & Damascenus qui dicit lumen esse qualitatem ignis.

5. RESPONSI. Questio ista licet nō habeat magna difficultate, est tamen multum exquisitè tractata a Philosopho & doctribus aliis, nec credo huius esse alia causam, nisi errores antiquorum circa materiam istam qui fuerunt duo. Vnus aliquorum dicentis lumen esse defusum corpora subtilium à sole & stellis, & hoc patet esse falso triplices. Primo ex parte corporum à quibus ponuntur effluere, quia illa corpora vel effluenter à sole & stellis, quia resoluenter ab ipsis, vel quia ab eis de novo causantur. Non quia resoluenter ab ipsis, iam enim per continuam resolutionem consumpta, vel fatigata norabilitate diminuta essent corpora solis & stellarum (nisi forsan fabulo dicteretur) & ex vaporibus elevaruntur ad restauracionem desperditi. Item nec potest dici quod de novo causentur, quia vel hoc est ex materia de novo creata, & tunc illuminatio non est actio puro naturali, immo pure divina, quod est absurdum, vel ex praesente materia, & tunc generatio virtus est corruptio alterius : generato enim lumine in toto medio oportet aliquid aliud corpus tantum proportionabiliter corrupti. Et obtenebratio medio ex corruptione luminis alia corpora proportionabiliter generari, non solum apud nos, sed etiam in celo, quia ibi inuenitur nouitas illuminationis, sicut patet in luna precipue, que omnia sunt inconvenientia.

6. Nisi forte quis dicat quod illa corpora non generantur de novo, nec corrupti sunt, sed transferuntur cum corpore luminoso, puta cum sole late, nunc superius, num in inferiore hemisferio. Sed etiam illud potest dici, quia non solum obenbratur medium ex ablatione corporis luminosi, sed etiam ex circumpositione corporis opacae circa corpus luminosum (puta circa candelam). Nec videtur quod lumen congeretur circa candelam, quia non apparet ibi maior claritas plusquam ante, ideo &c.

7. Secundum appetit idem ex parte medi in quo lumen recipitur, quia duo corpora nō possunt simul esse per naturam, sed lumen simul est cum aere. Aer autē est corpus, ergo impossibile est lumen esse corpus. Nec potest dici quod in aere sint pori in quibus recipitur lumen, quia obtenebratio aere oportet poros manere vacuos, nisi forte dices retusum & tenebra est corpus, quod est falso. Itē aer nō sotus illuminaretur si solum in poris eius reciperetur lumen cuius oppositum docet sensus.

8. Tertio appetit idem ex parte motus, quia si lumen esset corpus, illuminatio esset motus localis. Motus autē localis nō potest esse in aere, sed necessario sit in tempore & successione, quod nō contingit in illuminatione, nec potest dici quod illuminatio sit in tempore (scilicet imperceptibili.) Quia et successio aliqua posuit laterre per me dicum spatium proprii sui velocitatem, non tamen per tantum spatium sicut est ab oriente in occidente in quanto tamē successio illuminationis. Pater ergo ex omnibus his lumen non esse corpus.

9. Aliqui autem fuerunt alii qui dixerunt lucem in sole esse formam eius substantiam, sed lumen in aere esse accidentem. Qnod etiam esse nō potest propter duo. Primum est, quia in actione vniuersa principium actionis & terminus sunt eiusdem speciei. Sed actio qua lucens in se illuminat aliud est actio vniuersa, sicut illa qua calens in se calcificat aliud, ergo principium & terminus illuminationis sunt eiusdem speciei, nec autē sunt lux in sole, & lumen in aere, ergo si vnum est accidentes & reliquum. Secundum est, quia nulla forma substantialis est sensibilis per se, sed lux in sole est per se sensibilis, ergo &c.

10. Dicendum est ergo simpliciter, quod lux in sole, lumen in aere, & huiusmodi sunt accidentia, est enim lux qualitas per quam agunt corpora superiora in hec inferiora, omne enim alterana agit per aliquā formā in ipso existente, sed in celo illa forma nō potest esse substantialis que nunquam est immediatum principium alteratiōis, ergo oportet quod sit aliqua qualitas, & haec est lumen eius, & quia habemus ali-

Questio III.

quid dignitas ratione, scilicet experimentum sensus, non oportet aliam adducere rationem quodā p̄sens.

11. Ad primum arg. respondendum est ad minorem per interemptionē, & cum probatur per dictū Dio. dicendum est coniunctio & separatio luminis intelligitur per intensionē & remissionē luminis pluribus vel paucis tribus luminis additis vel subtractis, sicut est virus tratus natus velocior vel tardior secundum multitudinem, vel paucitatem trahentia. Radii autē plurium luminarum dicuntur à Dion. inconfutabili propter luminarium distinctionem.

12. Experimenta tria quae adduntur, nō valent. Primum de duabus umbribus nō valet, quia duas umbras non sunt in eadem parte media, sed in diuersis: & ideo nō arguit plūritudinem luminis in eadem parte media, sed in diuersis, quod bene coedetur. Sicut enim est altera pars albedinis in alia parte coporis, ita & in lumine respectu medie & secundum hoc nihil ad propositionem. Si vero dicatur, quod ex opere cuiuslibet duorum luminarum interposito corpore opaco est lumen minus & in aliis partibus medi, dicendum quod verū est, sed hoc nō est propter separationem luminis à lumine, sed propter remissionem luminis, quia in opposito cuilibet luminaris est actio unius tantum & non duorum, & ideo minus intensa quodlibet intensio duorum simili quod additur de lumine duorum luminarum transire per idem foramen, & tamen faciente duos fulgores in opposito pariete, dicendum quod lumina duorum luminarum in foramen in quo sunt coniuncta realiter sunt unum lumen, tamen radii & fulgores ultra procedentes distinguuntur nō propter distinctionem vel separationem luminis in foramine communis existentis, sed quia nō potest ad eandem partem ultra procedere actio utriusque luminaris, sed procedit ad diuersas partes propter corpus in quo est foramen utriusque luminari respectu alterius & alterius situs interpositum.

13. Ad secundum dicendum quod in ferro ignito non est ignis intrinsecus qui nō potest esse nisi in materia rara, sed estib⁹ dispositio ad foramen ignis sed nondum vta & perfecta.

QUESTIO SECUNDA.

Vtrum lumen habeat esse reale an intentionale in medio.

Thom. ibidem.

D einde queritur utrum lumen habeat esse reale an intentionale in medio. Et videtur quod habeat formam esse intentionale quia nulla realis qualitas supposita sensui percipitur, sed lumen immediate attingens pupillam, à visu percipitur, ergo &c.

2. Item quod dat aliis esse intellectuale videtur de se & in se illud habere, sed lumen dat colori esse intentionale in medio, ergo &c.

3. Item qualitas realis remanet in subiecto in absentia producentis, sed lumen non remanet in absentia lumina ris, ergo &c.

4. IN CONTRARIUM arguitur, quia nulla forma intentionalis denominat subiectum in quo est. Sicut aer nō dicitur coloratus propter intentionem coloris qui est in medio lumen autem denominat medium, ergo &c.

5. Item forma intentionalis nō est principium mutationis naturalis, sed solum animalium, sed lumen est principium illuminationis naturalis pura calefactionis, ergo &c.

6. RESPONSI. Esse intentionale potest dupliciter accipi. Vno modo prout distinguuntur contra esse reale, & sic dicuntur habere esse intentionale illa quia non sunt nisi per operationem intellectus sicut genus & species, & logicæ intentiones, & sic est proprius modus accipientis intentionem & esse intentionale. Et isto modo lumen in medio vel species coloris non habent esse intentionale, quia que sunt à principiis realibus circumscripta operatione intellectus habent esse reale & nō intentionale, sed lumen & species coloris in medio sunt huiusmodi, ergo &c. Alter modo dicuntur aliquid habere esse intentionale largè, quia haber est debile, sed habere est debile adhuc tripliciter. Aliqua enim dicuntur habere esse debile quia nō habent sibi esse simul sive permanēs, sed in successione vel motus & tēpus, & hęc nō dicuntur habere esse intentionale,

v 3 aut